minimum die wenigste Kraft. Vgl. XIII 46.

- 30 ad amicitiam esset aptissimus. Quod longe secus est. Ut enim quisque sibi plurimum confidit, et ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat suaque omnia in se ipso posita iudicet, ita in amicitiiis expetendis colendisque maxime excellit. Quid enim? Africanus indigens mei? Minime hercule, ac ne ego quidem illius; sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. Auxit benevolentiam consuetudo. Sed quamquam utilitates multae et magnae consecutae sunt, non sunt tamen ab earum spe causae diligendi profectae. Ut enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium feneramur), sed natura propensi ad liberalitatem sumus: sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore
 31 inest, expetendam putamus. Ab his, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentiunt, nec mirum. Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt, qui

30. *quisque sibi* steht zwar zusammen, aber gehört nicht zusammen: also keine, oder höchstens eine scheinbare Ausnahmestellung. *virtute — iudicet*: die stoische Lehre von der ἀδράκεια, vgl. zu II 7 *inferiores*.

colere amicitiam der Freundschaft leben. Auch wir sagen: ein Verhältnis kultivieren.

sed ego. Hierzu ist aus *me dilexit* zu entnehmen *eum dilexi*. Vgl. Nep. Them. IX 3: *postquam in tuto ipse, et ille in periculo esse coepit*.

virtutis eius: ἡῖς (d. i. der Penelope) ἀπερῖς Hom. Od. II 206. Andere Beispiele zu XI 37 *illius furoris*.

opinionem nonnullam durch eine nicht ganz ungünstige Meinung. Litotes.

dilexit, nicht *diligebat*, weil das Eintreten des Affekts bezeichnet werden soll: hat lieb gewonnen. Ebenso IX 32 *qui appetiverunt* wer sein Verlangen gerichtet hat auf —.

multae et magnae. Durch das beordnende *et* erscheint der eine Begriff so wesentlich und wichtig als

der andere, und diese Gleichstellung des *multus* mit dem anderen Adjektivum ist im Lateinischen und Griechischen das Gewöhnlichere.

consequi auf Grund inneren Zusammenhangs sich ergeben, *sequi* äußerlich und zeitlich folgen.

31. *exigamus — feneramur*. Die frappanten und gehässigen Bezeichnungen 'eintreiben' und 'auf Wucher anlegen' stehen in unmittelbarer Beziehung zu einander, und sind mit großer Absichtlichkeit gesetzt.

sed natura entspricht dem *non ut exigamus gratiam*, und ist s. v. a. *sed quod ita fert natura*.

ipso 'schon' in der Liebe: V 20; XXVII 104.

32. *Ab his* Neutrum Plur. wie *in plerisque* IV 13. *Haec* diese Ansichten: vgl. *haec* u. *illa* IV 13; 14.

ad voluptatem auf die Sinnelust als Ziel und Zweck (beziehen). Dies gilt den entarteten Schülern Epikurs.

longe dissentiunt ist anschaulich und in die Sinne fallend: wie das Sallustische *procul errare* Jug. LXXXV 38 oder Verg. Aen. V 406 *longe recusare* (etwas weit von sich weisen).

suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamque contemptam. Quam ob rem hos quidem ab hoc sermone removeamus; ipsi autem intellegamus natura gigni sensum diligendi et benevolentiae caritatem facta significatione probitatis. Quam qui appetiverunt, applicant se et propius admovent, ut et usu eius, quem diligere coeperunt, fruantur et moribus sintque pares in amore et aequales, propensioresque ad bene merendum quam ad reposedum, atque haec inter eos sit honesta certatio. Sic et utilitates ex amicitia maximae capiuntur, et erit eius ortus a natura quam ab imbecillitate gravior et verior. Nam si utilitas amicitias conglutinaeret, eadem commutata dissolveret; sed quia natura mutari non potest, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt. Ortum quidem amicitiae videtis, nisi quid ad haec forte vultis.

FANNIUS. Tu vero perge, Laeli. Pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure respondeo.

abiecerunt ist mit Rücksicht auf das Niedrige und Verächtliche gewählt, und steht im klaren Gegensatz gegen *susplicere* den Blick erheben.

ab hoc sermone. Wir sagen in diesem Falle 'bei' einem Gespräche fern halten oder ausschließen; 'von' dem Gespräche wäre missverständlich.

significatio Kundgebung.

appetiverunt: zu *dilexit* IX 30.

applicant se et propius admovent ein Hysteronproteron, welches aber hier so wenig als irgendwo gegen die Logik verstößt. Es kommt nur darauf an, den vernünftigen Gesichtspunkt zu finden. 'Sie schließen sich an und rücken (zu diesem Zwecke) näher'. Verg. Aen. II 363: *moriamur et* (diesem Entschlusse gemäß) *in media arma ruamus*.

et moribus verhält sich zu *et usu* ähnlich, wie § 29 *amoris* zu *animi*. *pares — aequales*: damit ihre Liebe gleich stark und von gleicher Beschaffenheit sei.

ad bene merendum quam ad reposedum sich verdient als sich bezahlt zu machen.

haec 'dies' (ut sint pares in amore et aequales, propensiores-

que etc). Attraktion.

utilitas hat seinen Gegensatz im vorhergehenden, *conglutinaeret* erhält ihn erst in *dissolveret*. (Wären es Nützlichkeitsrücksichten, welche die Freundschaft zusammenfügten, so würden diese sie auch auflösen).

ad haec nämlich *respondere* oder *dicere*, wie aus der Antwort erhellt. *Dicere ad aliquid* ist mildere Bezeichnung für 'gegen' etwas, wie bei uns: 'darauf' habe ich etwas zu erwidern: Div. II 3, 8 *dicendum est mihi ad ea quas a te dicta sunt*.

Tu vero perge. Mit der vorausgegangenen Hervorhebung von *ortum* durch *quidem* hat Lälilus schon erkennen lassen, daß er nun zu etwas davon Verschiedenem überzugehen beabsichtigt. In dieser Absicht wird er von Fannius durch *vero* bestärkt ('fahre du nur fort'). Ebenso bekräftigt gleich nachher Lälilus mit *audite vero* seine Zuhörer in dem von Scävola mit *quam ob rem audiamus* ausgesprochenen Entschlus und bestätigt die darin sich kundgebende Erwartung ('so vernehmet denn').

meo iure nach dem mir zustehenden Rechte.

33 SCARVOLA. Recte tu quidem. Quam ob rem audiamus.

X. LAELIUS. Audite vero, optimi viri, ea, quae saepissime inter me et Scipionem de amicitia disserebantur. Quamquam ille quidem nihil difficilium esse dicebat quam amicitiam usque ad extremum vitae diem permanere. Nam vel ut non idem expediret incidere saepe, vel ut de re publica non idem sentiretur. Mutari etiam mores hominum saepe dicebat, alias adversis rebus, alias aetate ingravescente. Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis aetatis, quod summi puerorum amores saepe una cum praetexta toga ponerentur.

34 Sin autem ad adulescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum contentione vel uxoriae condicionis vel commodi alicuius, quod idem adipisci uterque non posset. Quod si qui longius in amicitia provecti essent, tamen saepe labefactari, si in hono-

33. *Recte tu quidem*: zu III 8.

X. *Audite vero*: zu IX 32 *Tu vero perge*.

disserebantur von dem was 'gesprächsweise' verhandelt wurde.

Quamquam (IX 29) begegnet der Erwartung als seien Scipio und Laelius durchaus derselben Ansicht gewesen.

expedit es hilft heraus oder vorwärts, ist förderlich.

incidere von einem Zwischenfall.
alias — *alias* weist auf *saepe* zurück.

aetate ingravescente wenn das Lebensalter sich nachdrücklicher geltend macht, ganz allgemein, nicht etwa das höhere Alter. Denn von diesem ist in den folgenden Beispielen (bis § 34 z. E.) gar nicht die Rede, dagegen wird an den zuletzt genannten allgemeinen Grund für die Auflösung der Freundschaft als Beispiel sogleich die *iniens aetas* angeschlossen, wobei die hervorhebende Voranstellung von *iniens* den durch *atque* vermittelten Übergang vom Allgemeinen zum Besonderen kenntlich macht.

exemplum Probe, *similitudo* Beispiel.

ineuntis aetatis: der 'Eintritt ins Leben' erfolgt mit der Ablegung der *toga praetexta* (s. zu *sumpta*

virili toga I 1).

34. *Sin* weist hier nicht auf ein vorausgehendes *si*, sondern auf das verwandte *quod* (indem) zurück, wofür ebenfalls *si* oder *siquidem* stehen könnte. So XVII 63 auf *magna (pecunia)*, welches s. v. a. *si fuerit proposita magna*, und XXI 78 auf *na qua amicorum discidia fiant* — *si* (in dem Sinne von *an*) *possint amicorum discidia devitari*.

ad adulescentiam bezeichnet natürlich die Zeit nach der Anlegung der *toga virilis*.

perduxissent 'pueri', dirimi 'amores'. Zu *perduxissent* ist *amores* zu denken, wie Cato M. XVII 60 *agri colendi studia*.

uxoria condicio Heiratsvorschlag, Heiratspartie.

commodi alicuius. Mit *aliquis* wird vom Besonderen (*uxoria condicio*) in der Weise zum Allgemeinen (ein Vorteil den nicht beide zugleich erlangen können) vorgeschritten, daß es die Bedeutung von *aliquis quis* erhält.

provecti vorgerückt (wie *aetate provectus* im vorgerückten Lebensalter), 'auf dem Wege der Freundschaft noch weiter gekommen'. Anders *progredi* XI 36.

labefactari sc. *eam*.

ris contentionem incidissent; pestem enim nullam maiorem esse amicitias quam in plerisque pecuniae cupiditatem, in optimis quibusque honoris certamen et gloriae, ex quo inimicitias maximas saepe inter amicissimos exstitisse. Magna etiam discidia et plerumque iusta nasci, cum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur, ut aut libidinis ministri aut adiutores essent ad iniuriam, quod qui recusarent, quamvis honeste id facerent, ius tamen amicitiae deserere arguerentur ab iis, quibus obsequi nollent; illos autem, qui quidvis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri omnia se amici causa esse facturos. Eorum querela inveteratas non modo familiaritates extinguere solere, sed odia etiam gigni sempiterna. Haec ita multa quasi fata impendere amicitias, ut omnia subterfugere non modo sapientiae, sed etiam felicitatis diceret sibi videri.

XI. Quam ob rem id primum videamus, si placet, qua- 36

ex quo exstitisse indem daraus entsprungen wären — *nam ex eo exstitisse*. *Ex quo* — *qua ex re* geht auf den ganzen Gedanken: *quod esset in plerisque pecuniae cupiditas, in optimis quibusque honoris certamen et gloriae*.

35. *discidia* VII 23.

iusta natürlich nicht seitens derer, welche etwas Unrechtes verlangten, sondern blofs derer, die es verweigerten; *plerumque* aber nicht immer, sondern blofs in den meisten Fällen gerechtfertigte, sofern allerdings nach XVII 61 bis zu einem gewissen Punkte der Freundschaft ein Zugeständnis gemacht werden darf.

ut — *essent* Epexegete.

quod qui recusarent — *cum, id qui recusarent*: vgl. *cui qui pareat* — *cum, et qui pareat* Cato M. I 2.

illos qui auderent im Gegensatz gegen *quod qui recusarent*; dann *ist quidvis postulare* und *omnia facturos* zu betonen.

querela natürlich nicht von einer einzelnen Klage, so wenig als I 2. *inveteratas non modo familiaritates* — *sed odia etiam sempiterna*. In dieser chiastischen

Gegenüberstellung sind die Substantiva als die eigentlichen Träger des Gegensatzes durch die Wortstellung hervorgehoben, indem *non modo* nicht schon vor *inveteratas*, sondern erst unmittelbar vor *familiaritates*, *sed etiam* aber ganz zu *odia* gestellt ist. Ganz ähnlich heifst es vom Volkstribunat gegenüber dem Konsulat de leg. III 7, 16: *attulit auxilium reliquis non modo magistratibus, sed etiam privatis consuli non parentibus. extinguere* erlöschen.

Haec ita multa 'Dies wären so viele Verhängnisse gleichsam, welche über der Freundschaft schwebten, dafs'.

subterfugere ist auf anschauliche Weise in Beziehung auf *impendere* gesetzt.

diceret sibi videri ist nur ein modificiertes (ausgesagtes) *sibi videretur*. Vgl. zu VIII 27 a. E.

XI. 36. *in amicitia progredi* in der Freundschaft vorgehen, mit dem Freunde mitgehen, also in einer bestimmten Richtung und mit Rücksicht darauf, ob die Freundschaft noch fort dauern kann oder aufhören muß. Dagegen handelt

tenus amor in amicitia progredi debeat. Numne, si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt? num Vecellinum amici regnum appetentem, 37 num Maelium debuerunt iuvare? Tiberium quidem Gracchum rem publicam vexantem a Q. Tuberone aequalibusque amicis derelictum videbamus. At C. Blossius Cumanus, hospes familiae vestrae, Scaevola, cum ad me, quod aderam Laenati et Rupilio consulibus in consilio, deprecatum venisset, hanc, ut sibi ignoscerem, causam afferebat, quod tanti Ti. Gracchum fecisset, ut, quidquid ille vellet, sibi faciendum putaret. Tum ego: Etiamne, si te in Capitolium faces ferre vellet? Nunquam, inquit, vo-

es sich XVI 56 (*qui sint in amicitia fines et quasi termini diligendi*) darum, welches Maß die freundschaftlichen Gefühle einhalten müssen, damit sie nicht zum Übermaß ausarten.

Numne. Dies *ne* entspricht, wie § 37 bei *etiam*, dem deutschen wohl'.

Coriolanus soll nach der römischen Überlieferung bei einer Hungersnot vorgeschlagen haben, den Plebejern das aus Sicilien bezogene Getreide nur gegen den Verzicht auf das Volkstribunat zu geben, und sich den Volkstribunen thätlich widersetzt haben. Daher des Strebens nach Alleinherrschaft beschuldigt und zur Verbannung verurteilt floh er 491 zu den Volskern und führte diese samt den Äquern gegen Rom. Nur die Bitten seiner Mutter und seiner Gattin vermochten von Rom die Vernichtung abzuwenden.

cum Coriolano ist bedeutsamer als *cum eo*. Es macht den Grund fühlbar, der die Freunde abschrecken mußte, der Freundschaft Folge zu geben: 'mit einem Coriolan.'

Vecellinum. Beiname des VIII 28 erwähnten Sp. Cassius.

37. *a Q. Tuberone.* Q. Älius Tubero, Schwwestersohn des jüngeren Africanus, leistete 133 v. Chr., vielleicht als Volkstribun, dem älteren, 123, wahrscheinlich als Prätor,

dem jüngeren Gracchus Widerstand.

aequalibusque amicis den gleichalterigen. Hiernach scheint C. Blossius jünger gewesen zu sein, und ebenso auch C. Carbo und C. Cato § 39; vgl. Brut. XXV 96 '*prope aequales C. Carbo et Ti. Gracchus* Dem Coriolanus, dem Sp. Cassius und Sp. Mälius wird Ti. Gracchus als ein Beispiel aus der Gegenwart gegenübergestellt.

derelictum gänzlich. Ähnlich *decertare* (VIII 28), *depugnare*, *devincere*, *demirari*, *deservire* u. a.

C. Blossius soll auf den Ti. Gracchus einen entschiedenen Einfluß geübt und dessen Pläne zur Reife gebracht haben: dah. *non paruit temeritati, sed praefuit.* In der unter den Konsuln P. Popilius Länas und P. Rupilius (132) angestellten Untersuchung schlüpfte er durch und floh zu dem Prätendenten des pergamenischen Reiches Aristonikus, nach dessen Besiegung (130 u. 129) er sich den Tod gab.

hospes familiae vestrae, Scaevola. Da Blossius aus Cumä war, einer Municipalstadt ohne Stimmrecht, so hatte er nicht die politischen Rechte eines römischen Vollbürgers. Hierdurch ist das Verhältnis der Gastfreundschaft begründet, in welchem er zu den Muciern steht.

aderam. Das Imperf. von dem was gewöhnlich stattfand.

luisset id quidem; sed si voluisset, paruissem. Videtis, quam nefaria vox! Et hercule ita fecit, vel plus etiam, quam dixit; non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, sed praefuit, nec se comitem illius furoris, sed ducem praebuit. Itaque hac amentia quaestione nova perterritus in Asiam profugit, ad hostes se contulit, poenas rei publicae graves iustasque persolvit. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris; nam cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris. Quod si 38 rectum statuerimus vel concedere amicis, quidquid velint, vel impetrare ab eis, quidquid velimus, perfecta quidem sapientia si simus, nihil habeat res vitii. Sed loquimur de iis amicis, qui ante oculos sunt, quos vidimus aut de quibus memoria accepimus, quos novit vita communis; ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt, et eorum quidem maxime, qui ad sapientiam proxime accedunt. Videmus Papum Aemilium Luscino fami- 39 liarem fuisse (sic a patribus accepimus), bis una consules, collegas in censura; tum et cum iis et inter se coniunctissimos fuisse

Videtis, quam nefaria vox! 'Ihr seht, welch ruchloses Wort!' Also Ausruf des Unwillens, nicht *sit* oder *fuerit* zu ergänzen. Vgl. *videbatur* XXV 96.

quam dixit: nämlich *se facturum fuisse*.

illius furoris, wie *virtutis eius* (Africanus) IX 30, *huius* (Sullae) *periculi* p. Sulla I 2, *illius* (P. Sulpicii) *periculi* Nep. Att. II 1. Vgl. auch *quorum* (= ex quibus) *multorum* Cato M. III 7.

hac amentia ('bei' dieser seiner Kopfflosigkeit) gehört zu dem ganzen Satze *quaestione nova perterritus in Asiam profugit*. Tusc. III 5, 10 sagt Cicero: *animi affectionem luminis mentis carentem nominaverunt amentiam eandemque dementiam*. Daraus hat man entnommen, daß derselbe zwischen diesen beiden Synonymen keinen Unterschied anerkenne, und doch folgt aus *eandemque* das Gegenteil. *Amentis* bezeichnet eine augenblickliche, *dementia* eine bleibende Verdunkelung des Lichtes des Geistes; jenes ist

mentis non compos, dieses *mente captus*.

poenas persolvit und 'mußte' Buße bezahlen oder es büßen. *opinio* die Voraussetzung.

38. *perfecta quidem sapientia si simus*, wenn wir vollkommene Weisheit besäßen, wie sie die Stoiker fordern.

qui ante oculos sunt etc. Der Kreis wird allmählich weiter gezogen: 1. die wir vor uns sehen, 2. die wir kennen aus früherer Antopsie oder durch überlieferte Nachrichten, 3. wie sie überhaupt vorkommen im Leben.

ex hoc numero = *ex horum numero*: 13 *in eam ipsam mentionem eorum* solcher = aus dem Kreise derer.

ad sapientiam, d. h. dem stoischen Ideale der Weisheit.

39. *Papum Aemilium Luscino*. Q. Aemilius Papus und C. Fabricius Luscinus (V 18) waren zusammen Konsula 282 und 278 v. Chr., ebenso Censoren 275.

tum aufzählend: 'sodann'.

M'. Curium, Ti. Coruncanium memoriae proditum est. Igitur ne suspicari quidem possumus quemquam horum ab amico quippiam contendisse, quod contra fidem, contra iusiurandum, contra rem publicam esset. Nam hoc quidem in talibus viris quid attinet dicere, si contendisset, impetraturum non fuisse, cum illi sanctissimi viri fuerint, aequae autem nefas sit tale aliquid et facere rogatum et rogare? At vero Ti. Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, et minime tum quidem Gaius frater nunc idem acerrimus.

40 XII. Haec igitur lex in amicitia sancitur, ut neque rogemus res turpes nec faciamus rogati. Turpis enim excusatio est et minime accipienda cum in ceteris peccatis, tum si quis contra rem publicam se amici causa fecisse fateatur. Etenim eo loco, Fanni et Scaevola, locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus rei publicae. Deflexit iam ali-

no suspicari quidem, 'nodum credere'. Das vorangestellte *igitur* führt den ganzen Satz ein, das nachgestellte hauptsächlich ein einzelnes Wort.

Nam: Ich brauche bei diesen Männern nur von einem solchen Verlangen zu sprechen; denn — *hoc quidem* zu *dicere*.

attinet ohne *ad* bei negativem Sinn: es gehört nicht dazu, gehört nicht her, ist belanglos od. zwecklos.

C. Carbo, C. Cato, et Gaius frater. C. Papirius Carbo trat als Tribun des Jahres 131 v. Chr. mit dem Gesetzesvorschlag auf, daß die Tribunen wiedergewählt werden könnten, so oft das Volk wollte: vgl. XXV 96 und zu XII 41 *tabella*. C. Cato war ein Enkel des Cato Major. Dem, was von beiden zusammen ausgesagt wird, steht als Parallelglied das über den C. Gracchus entgegen, also sind zwei gleichartige Satzglieder durch *et* verbunden, nicht ein drittes an zwei unverbundene durch *et* ange-reiht.

nunc idem acerrimus der jetzt im Gegenteil der heftigste ist. Dafür hätte man *nunc idem vel maxime* oder etwas der Art erwartet;

aber jene Wendung wurde dadurch geboten, daß das *nunc* die Zurückbeziehung auf das Imperf. *sequobatur* nicht zuliefs.

idem eig. als derselbe Mann, der sich zuerst so ganz anders gezeigt hatte.

XII. 40. *Haec igitur lex — sancitur:* Dies möge als unverbrüchliches Gesetz hingestellt werden.

res turpes etwas Unsittliches oder Unehrenhaftes an sich; *turpis excusatio* eine seitens des Handelnden unehrenhafte, eine schimpfliche Ausrede.

tum si quis — fecisse fateatur. Genauer ausgeführt würde es heißen: *tum si quis contra rem publicam fecerit, si se amici causa peccasse fateatur.* Über den proleptischen Gebrauch von *ceteris* zu IV 16.

Etenim eo loco locati sumus die Stellung, die wir einnehmen (nämlich als Mitglieder des herrschenden Standes der Optimaten) ist ja auch eine solche.

longe prospicere aliquid weit-hin nach etwas ausschauen, es von weitem ins Auge fassen.

aliquantum in einiger Menge, in

quantum de spatio curriculoque consuetudo maiorum. Ti. 41
 Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem
 paucos menses. Num quid simile populus Romanus audierat
 aut viderat? Hunc etiam post mortem secuti amici et propin-
 qui quid in P. Scipione effecerint, sine lacrimis non queo di-
 cere. Nam Carbonem, quoquo modo potuimus, propter recen-
 tem poenam Ti. Gracchi, sustinuimus; de C. Gracchi autem tri-
 bunatu quid expectem, non libet augurari. Serpit id in dies,
 resque proclivis ad perniciem, cum semel coepit, labitur.
 Videtis, in tabella iam ante quanta sit facta labes, primo Gabinia

einigem Umfange; dah. nicht unerheblich.

de spatio curriculoque vom Platze und aus der Bahn: sie hat weder den ganzen Raum ihres Stadiums, ihr ganzes Terrain, behauptet, noch sich streng im Gleise gehalten.

41. *vel — is quidem* oder vielmehr wirklich. Vgl. VI 20.

audierat aut viderat. So erhält aut die Bedeutung 'oder gar', in *viderat aut audierat* 'oder auch nur'.

in P. Scipione. Vgl. was zu *difficile diotu est* III 12 bemerkt worden ist. Um Scipio Nasica vor der durch die Anhänger des Tib. Gracchus geschürten Erbitterung des Volkes zu schützen, schickte der Senat ihn unter dem Vorwande einer Gesandtschaft nach Asien in die Verbannung, obgleich er als Pontifex maximus Italien nicht hätte verlassen dürfen. Er starb bald darauf in Pergamus.

non queo. So immer bei Cicero (in der ersten Person), nicht *nequeo*.

Carbonem — sustinuimus wir haben seine Angriffe, so gut wir's irgend vermochten, 'ausgehalten', ihm bloß passiven Widerstand geleistet, weil uns das durch die Bestrafung des Tib. Gracchus heraufbeschworene Unheil in frischem Andenken war und uns von einer ähnlichen Bestrafung jenes zurückhielt.

non libet augurari. Lälus mag kein Unglücksprophet sein.

Serpit id in dies dieses Übel gewinnt von Tag zu Tag unvermerkt an Ausbreitung. Mit *id* ist gemeint der Zusammenschluß mit anderen zu demagogischer Politik, wie er in dem Auftreten des Tib. Gracchus und bei seinen noch nach seinem Tode in seinem Sinne thätigen Freunden, namentlich bei Carbo, sich zeigte und für C. Gracchus zu erwarten ist. Vgl. Phil. I 5: *cum serperet in urbem infinitum malum idque manaret in dies latius*.

resque proclivis cet. Hiermit wird in der Form eines allgemeineren Erfahrungssatzes ausgesprochen, wohin die mit *serpit id in dies* behauptete Thatsache führen muß: ein dem Verderben zuweilendes Treiben ist, wenn es einmal in Bewegung gekommen ist, nicht mehr aufzuhalten. Zur Bestätigung dieses Satzes weist Lälus dann auf die Geschichte der geheimen Abstimmung in den Volksversammlungen hin.

cum semel coepit, nämlich *labi tabella*. Die *lex tabellaria* des Tribunen A. Gabinus vom J. 139 v. Chr. verordnete an Stelle der bisher üblichen mündlichen Abstimmung geheime Abstimmung mittels des Stimmtäfelchens (*tabella*) bei den Magistratswahlen, die des L. Cassius vom J. 137 auch bei den Volksgerichten. Carbo setzte als

lege, biennio autem post Cassia. Videre iam videor populum a senatu disiunctum, multitudinis arbitrio res maximas agi. Plures enim discent, quem ad modum haec fiant, quam quem
 42 ad modum his resistatur. Quorsum haec? Quia sine sociis nemo quidquam tale conatur. Praecipendum est igitur bonis, ut, si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in magna aliqua re peccantibus non discedant; improbis autem poena statuenda est, nec vero minor iis, qui secuti erunt alterum, quam iis, qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Graecia Themistocle, quis potentior? Qui cum imperator bello Persico servitute Graeciam liberavisset propterque invidiam in exilium expulsus esset, ingratae patriae iniuriam non tulit, quam ferre debuit, fecit idem, quod xx annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriam inventus est nemo; itaque

Volktribun 131, also nur zwei Jahre vor dem hier stattfindenden Gespräch, die dritte *lex tabellaria* durch, nach der fortan auch über Gesetze durch Stimmtäfelchen abgestimmt werden sollte, nicht mündlich.

iam ante; nämlich vor dem Auftreten des Ti. Grachus und seiner Freunde, somit auch vor der *lex tabellaria* des Carbo.

labes, mit Bezug auf das vorangehende *labitur*: Fall, Sturz, dann Schaden, Schandfleck ('wie tief wir gesunken sind').

Videre iam videor eine sog. *προϋποθέσις* oder *rerum quasi gerantur sub aspectum paene subiectio*, de Or. III 53, 202.

multitudinis: affektvolles Asyndeton.

agi zur Entscheidung gebracht werden.

plures mehr Leute.

quem ad modum haec fiant wie man diese Dinge (Wühlereien und Umtriebe) anfängt. Durch das vorangehende *haec* ist dann auch die Beziehung des *his* vollkommen deutlich.

42. *sine sociis* ist wohl zu unterscheiden von *sine amicis*. Der

Freund soll sich eben hüten ein *socius* zu werden.

ignari casu aliquo wie a *praesentibus coram* I 3.

improbis bezieht sich hier ebenso, wie das vorausgehende *bonis*, vorzugsweise auf die politische Gesinnung und Haltung; *nec vero* und 'fürwahr' nicht, wie oft.

Themistocle. Ohne Genossen konnte selbst ein so berühmter, ein so mächtiger Mann wie Themistokles nichts der Art unternehmen, und hatte, weil sich kein Gehilfe für ihn fand, im gleichen Falle mit Coriolan, ein trauriges Ende.

fecit idem, d. h. *ad hostes se contulit*. Über Coriolan zu XI 36. Themistokles wurde 471 aus Athen vertrieben, verlief jedoch Argos erst einige Jahre später. Der Sage von dem Selbstmord beider Männer stehen andere Nachrichten gegenüber, nach denen Themistokles zu Magnesia an einer Krankheit starb (Thucyd. I 138) und Coriolan bei den Volskern ein hohes Alter erreichte (Liv. II 40, 10).

inventus est nemo gilt auch bei Coriolan für die eigenen Landsleute.

itaque = *atque ita*.

mortem sibi uterque conscivit. Quare talis improborum consensus non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius supplicio omni vindicanda est, ut ne quis concessum putet amicum vel bellum patriae inferentem sequi, quod quidem, ut res ire coepit, haud scio an aliquando futurum sit. Mihi autem non minori curae est, qualis res publica post mortem meam futura, quam qualis hodie sit.

XIII. Haec igitur prima lex amicitiae sancitur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus, ne expectemus quidem, dum rogemur; studium semper adsit, cunctatio absit; consilium vero dare audeamus libere. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas, eaque et adhiheatur ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, et adhibitae pareatur. Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos in Graecia, placuisse opinor mirabilia quaedam (sed nihil est, quod illi non perse-

43. *talis improborum consensus* ganz allgemein, während Lälus eigentlich davon ausgegangen war, daß die Gutgesinnten sich durch die Freundschaft mit Schlechten nicht für gebunden erachten dürfen.

tegenda non est — vindicanda est. Der Gleichklang und Parallelismus läßt den inneren Gegensatz um so schroffer hervortreten, wie auch am Ende des Kap. *Tegere* bemänteln, *vindicare* ahnden; *supplicio omni* etwa 'mit aller Strenge'.

quod quidem haud scio an 'ein Fall, der allerdings vielleicht'.

XIII. 44. *prima — primaria.*

ne expectemus quidem stelgern des Asyndeton wie VII 23 *ne agri quidem cultus permanebit*, 'ja nicht einmal abwarten'.

adsit — absit etwa 'sei vorhanden — verboten': obgleich damit die Kraft und Klarheit der lateinischen Paronomasie nicht erreicht wird.

in amicitia amicorum auctoritas wirkt ähnlich wie *Coriolanus — cum Coriolano* XI 36.

bene s. v. a. zum Guten oder Gutes.

eaque et — et adhibitae zeigt

eine ähnliche Abweichung der zuerst begonnenen Konstruktion, wie Cato M. III 7: *qui se et libidinum vinculis laxatos esse non molestos ferrent nec a suis despicerentur*. Diese und ähnliche Anakoluthien, wie sie sich in den Schriften der Alten so häufig finden, hat man aber nicht etwa als Fahrlässigkeiten des Stils, sondern als den natürlichsten und unmittelbarsten Ausdruck des werdenden Gedankens zu würdigen.

45. *Nam* begründet nachträglich die Richtigkeit der aufgestellten Behauptung durch die Beseitigung entgegengesetzter Ansichten. Dies sind die Ansichten der Epikureer (§ 45), welche die Freundschaft nur als Mittel zum glückseligen Leben, und (§ 46) der Cyrenaiker, welche sie nur um des Bedürfnisses willen gelten lassen. Und zwar hat Lälus die Worte im Auge, welche Euripides im Hippolyt Vers 253 ff. der Amme der Phädra in den Mund legt, und welche auch Plutarch *περί πολυφιλίας* VI widerlegt.

mirabilia quaedam ganz wunderbare Ansichten: II 6.

persequantur argutiis zum Ge-

quantur argutiis): partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus; satis superque esse sibi suarum cuique rerum, alienis nimis implicari molestum esse; commodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, cum velis, vel remittas; caput enim esse ad beate vivendum securitatem, qua frui non possit animus, si tamquam parturiat unus pro pluribus. Alios autem dicere aiunt multo etiam inhumanius — quem locum breviter paulo ante perstrinxi — praesidii adiumentique causa, non benevolentiae neque caritatis, amicitias esse expetendas; itaque ut quisque minimum firmitatis haberet minimumque virium, ita amicitias appetere maxime; ex eo fieri ut mulierculae

genstände spitzfindiger Erörterungen machen.

partim und dann *Alios autem* schliefst sich erklärend an *quibusdam* an. Vgl. de div. I 42, 93: *multa inuisitata partim e casto, alia ex terra orisbantur, quaedam etiam ex hominum pecudumve conceptu et satu*; de rep. IV 3, 3: *id hominibus effici ex re publica debet partim institutis, alia legibus*. *nimias* übertriebene. Am a. O. wird geboten *μετρίως φίλους ἀναίρεσθαι*.

pro pluribus eig. für mehr als einen, nämlich für sich und den Freund.

satis superque. Wörtlich: genug und darüber habe für sich (*sibi*) ein jeder der eigenen Angelegenheiten, Sinn: ein jeder habe vollauf mit sich selbst zu thun.

implicari sich befassen zu müssen (wegen des Übermaßes der Freundschaft).

quam laxissimas — *habere* nicht 'möglichst lose zu halten', sondern 'möglichst weite Zügel zu haben', wegen des folgenden *remittas*, durch das auch ein ursprüngliches Straffhalten der Zügel zugelassen ist. Am a. O. *ἐδλυτα δ' εἶναι στέργηθρα φρεσῶν, ἀπό τ' ὄσασθαι καὶ ξυττεῖναι, καθάπερ πίδα νεβῆς*, wie Plutarch erklärend hinzufügt.

securitatem der Seelenzustand,

der frei ist von Sorge und Bekümmernis.

si — *pro pluribus* wenn einer für mehrere gleichsam Wehen habe. Am a. O. *τὸ δ' ὑπὲρ δισσοῶν μίας ἀδύνατον φρεσὶν χαλεπὸν βῆθος*.

46. *inhumanus*: zu XIV 50 *inhumanus*.

quem locum ein Punkt den.

paulo ante, Kap. VIII. Genauer könnte das örtliche *supra* scheinen; aber es ist ja ein Gespräch, was wir vor uns haben.

itaque = *atque ita*. XII 42.

haberet. Da das, was die Cyrenaiker behaupten, von ihnen aufgestellt oder ausgesprochen sein muß: so ist das Imperf. *haberet* grammatisch ungenau, dem Sinne nach richtig, so gesetzt, als ginge nicht *dicere aiunt* sondern *diuise aiunt* voraus. Vgl. N. D. I 22, 61: *Epicurus vero tuus quid dicit, quod non modo philosophia dignum esset, sed mediocri prudentia?* Der umgekehrte Fall findet statt bei *placuisse opinor* — *ne necesse sit* § 45.

appetere vom natürlichen, auch wohl blinden Verlangen (vgl. *appetentius* XIV 50), während *expetere* ein Suchen mit Wahl und Bewußtsein bezeichnet.

ex eo fieri ut demgemäß, eo fieri ut deshalb.

mulierculae. Im gleichen Sinne

magis amicitiarum praesidia quaerant quam viri et inopes quam opulenti et calamitosi quam ii, qui putentur beati. O praeclearam sapientiam! Solem enim e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt, qua nihil a dis immortalibus melius habemus, nihil iucundius. Quae est enim ista securitas? Specie quidem blanda, sed reapse multis locis repudianda. Neque enim est consentaneum ullam honestam rem actionemve, ne sollicitus sis, aut non suscipere aut susceptam deponere. Quod si curam fugimus, virtus fugienda est. Quae necesse est cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. Itaque videas rebus iniustis iustos maxime dolere, imbellibus fortes, flagitiosis modestos. Ergo hoc proprium est animi bene constituti, et laetari bonis rebus et dolere contrariis. Quam ob rem, si cadit in sapientem animi dolor, qui profecto cadit, nisi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitramur, quae

sagt Luther 2. Timoth. III 6 die Weiblein.

ii qui putentur beati — fortunati.

47. O praeclearam ironischer Spott. Solem enim Fürwahr die Sonne. Aber eigentlich begründet enim das, was die unmittelbar vorhergehende *irrisio* wirklich meint.

habemus klingt im Lateinischen durchaus nicht so bequem und lässig, wie das deutsche 'etwas von jem. haben'. Off. I 21, 72: *qui habent a natura adiumenta rerum gerendarum*. N. D. III 36, 87: *si id donum a deo, non a nobis haberemus*. Nep. Dion I 2: *multa alia ab natura habuit bona*. Att. VII 2: *Nullum ab eo habebat ornamentum*.

Specie quidem antwortet auf *Quae* (Von welcher Art). Über den Gleichklang *blanda — repudianda* zu XII 43.

multis locis in vielen Beziehungen, *multis in rebus* § 48 in vielen Verhältnissen.

consentaneum übereinstimmend, folgerecht, bes. mit Natur und Vernunft übereinstimmend; verneint: unnatürlich.

Laelius. 10. Aufl.

aut non suscipere aut susceptam deponere (fallen zu lassen): wie eine Last.

Quod si Ja wenn: VII 23.

res sibi contrarias ihre Gegensätze.

Itaque beim untergeordneten Schlusssatz (wie § 46): das eigentliche Resultat wird erst mit *Ergo* gezogen.

flagitiosus schamlos, *modestus* sittsam.

proprium das charakteristische 'Merkmal'.

bene constituti, nämlich *a natura*: wie nicht nur aus der Bedeutung des Verbi, sondern namentlich auch daraus erhellt, daß im folgenden eben darauf, daß die natürliche Humanität (das menschliche Gefühl) durch keine Lehren der Weisheit ausgerottet werden könne, Bezug genommen und weitergebaut wird. Von diesem 'wohlergerichteten' Herzen (Off. I 4, 13 *animus bene informatus a natura*) verschieden ist *bene praeparatum pectus* Hor. C. II 10, 14.

48. *profecto* 'sicher': I 2.

nisi — extirpatam arbitramur ist nur ein modificiertes *nisi ex-*

causa est, cur amicitiam funditus tollamus e vita, ne aliquas propter eam suscipiamus molestias? Quid enim interest motu animi sublato non dico inter pecudem et hominem, sed inter hominem et truncum aut saxum aut quidvis generis eiusdem? Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram et quasi ferream esse quandam volunt; quae quidem est cum multis in rebus tum in amicitia tenera atque tractabilis, ut et bonis amici quasi diffundatur et incommodis contrahatur. Quam ob rem angor iste, qui pro amico saepe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam, non plus quam ut virtutes, quia nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur.

XIV. Cum autem contrahat amicitiam, ut supra dixi, si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet et adiungat, id cum contigit, amor exoriatur necesse est. Quid enim tam absurdum quam delectari multis inanimis

stirpata est (vgl. *dicoret sibi videri* X 35), und nach Sinn und Konstruktion s. v. a. *nisi forte exstirpata est*.

aliquas eine oder die andere, *nonnullas* so manche.

Quid enim interest begründet die mit *qui profecto cadit* aufgestellte Behauptung und somit auch die aus ihr gezogene Folgerung *quae causa est cur cet*.

truncum aut saxum, nicht umgekehrt *saxum aut truncum*; denn wie das unvernünftige Tier dem Menschen näher kommt als ein Klotz, so ist ihm dieser noch immer ein wenig ähnlicher als ein Felsblock.

Neque enim begründet den positiven Inhalt der vorhergehenden Frage, *non carere animi motu sapientem*.

ferream quandam 'so zu sagen' von Stahl und Eisen.

quae quidem 'diese ist ja' (vielmehr) weich und nachgiebig.

diffundatur — *contrahatur*: sich erweitert — beengt fühlt' oder mit etwas anderem Bilde: sich gehoben — bedrückt fühlt'.

tollat verbannen 'könnte' oder 'dürfte'.

non plus quam ut. Dafür hätte

man erwartet *non plus quam illas curas et molestias, quae afferunt virtutes, tantum valent, ut virtutes repudientur*. Aber auch so hat die Sache ihre Richtigkeit, indem derselbe *angor*, der gegen die Freundschaft entschiede, analogisch auch gegen die Tugenden entscheiden müßte, weil auch diese so manche Sorgen und Beschwerden verursachen.

XIV. *contrahat* hat zum Subjekt den Satz *si eluceat*.

supra, namentlich VIII 27. Über die Bedeutung zu *paulo ante* XIII 46. *significatio* IX 32.

se applicet et adiungat, wenig verschieden von *applicent se et propius admovent* IX 32. Hier geben beide Verba zusammen den Begriff 'sich innig anschließen'.

contigit zugetroffen hat, *exoritur* hervorbrechen (wie das Sonnenlicht). Wo Freundschaft ist, da muß auch Liebe sein; was Freundschaft erzeugt, muß notwendig Liebe erwecken.

49. *absurdum*. Das hier zu denkende *est* ist zu übersetzen wie in *difficile est* VIII 26, *opus est* XIV 51, *optandum est* XXVII 101.

delectari inanimis rebus, amante non delectari Chiasmus.

rebus, ut honore, ut gloria, ut aedificio, ut vestitu cultuque corporis, animante virtute praedito, eo, qui vel amare vel, ut ita dicam, redamare possit, non admodum delectari? Nihil est enim remuneratione benevolentiae, nihil vicissitudine studiorum officiorumque iucundius. Quid? si illud etiam addimus, 50 quod recte addi potest, nihil esse, quod ad se rem ullam tam alliciat et tam trahat quam ad amicitiam similitudo, concedetur profecto verum esse, ut bonos boni diligant adsciscantque sibi quasi propinquitate coniunctos atque natura. Nihil est enim appetentius similitum sui nec rapacius quam natura. Quam ob rem hoc quidem, Fanni et Scaevola, constet, ut opinor, bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam, qui est amicitiae fons a natura constitutus. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Non enim est inhumana virtus neque immunis neque superba, quae etiam populos universos tueri eisque optime consulere soleat; quod non faceret pro-

ut honore (äußere Ehre), *ut gloria*, sodann *ut aedificio* (kollektiv), *ut vestitu cultuque* (Schmuck) *corporis* gehören paarweise zusammen.

eo qui: 'is qui' dient hier und IV 15 (*id in quo*) zur nachdrücklichen Hervorhebung einer besonderen Seite des dadurch näher bestimmten Begriffes. Ähnlich XXII 82 *is quibus*; anders dagegen XVIII 65 *eius, quam*.

ut ita dicam, womit Cicero die Neuheit des Wortes *redamare* entschuldigt, muß im Deutschen bei 'wiederlieben' oder 'Gegenliebe' wegfallen, aus demselben Grunde wie XIX 69 bei *grege*, wie *quasi* VIII 27 bei *lumen* 'leuchtendes Vorbild' oder *tamquam* XVI 59 bei *ansas*.

studiorum etwa 'des Entgegenkommens'.

50. *ad amicitiam similitudo*, nicht *similitudinem* oder *similes* (*ad se alliciat et trahat*) *amicitia*. Diese Wendung wurde notwendig, weil die Freundschaft (in concreto) erst durch die Anziehung bewirkt wird, nicht umgekehrt die Anziehung durch die Freundschaft.

verum esse ut die Richtigkeit der Thatsache.

adsciscantque sibi sich dieselben zu eigen (dieselben zu den ihrigen) machen, als wären sie durch natürliche Verwandtschaft verbunden. Zu *propinquitate atque natura* vgl. *in usu vitaeque communi* V 18.

similium Neutr. wie *omnibus* VII 23. *Conjunctio*: II 8.

bonis inter bonos nachdrücklicher als *bonis inter se* oder *inter bonos* allein.

necessariam. Nur die Kopula, nicht das Prädikat (*esse* als Verbum der Existenz) konnte ausgelassen werden.

qui est Attraktion des Pron.

Sed begegnet dem Bedenken als könnten die also verbundenen Guten sich nach außen hin abschließen.

inhumanus ist derjenige, der nicht mitfühlt mit seinen Nebenmenschen ('unfreundlich'), *immunis*, der zu keinerlei Leistung (*munus, munia*) für sie bereit ist ('ungefällig'), *superbus*, der sich in übertriebener Selbstschätzung über sie erhebt ('hochmütig').

51 fecto, si a caritate vulgi abhorreret. Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatum causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere. Non enim tam utilitas parta per amicum quam amici amor ipse delectat, tumque illud fit, quod ab amico est profectum, iucundum, si cum studio est profectum; tantumque abest, ut amicitiae propter indigentiam colantur, ut ii, qui opibus et copiis maximeque virtute, in qua plurimum est praesidii, minime alterius indigente, liberalissimi sint et beneficentissimi. Atque haud sciam an ne opus sit quidem nihil unquam omnino deesse amicis. Ubi enim studia nostra viguissent, si nunquam consilio, nunquam opera nostra nec domi nec militiae Scipio eguisset? Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam secuta est.

52 XV. Non ergo erunt delictis diffuentes audiendi, si quando de amicitia, quam nec usu nec ratione habent cognitam, disputabunt. Nam quis est, pro deorum fidem atque hominum, qui velit, ut neque diligit quemquam nec ipse ab ullo diligitur, circumfluere omnibus copiis atque in

caritas vulgi die allgemeine Menschenliebe.

51. *Atque etiam* 'Ja was noch mehr ist'.

utilitatum causa zu *amicitias*: zu I 3 (*sermonem de amicitia*) und VI 20 (*cum benevolentia consensio*).

fingunt fälschlich annehmen, *nodum* Verknüpfung, ausgesuchter als *vinculum*.

profectum sinnverwandt mit *tributum*. Nep. Att. IX 4: *Volumnio ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint*.

opibus Ablativ des Grundes (vermöge).

opus sit es 'wäre' gut, eig. es wäre etwas ins Werk gesetzt oder ausgerichtet. Tusc. III 29, 73 *Ne opalandum quidem est in amicitia*.

Ubi 'worin' hätte sich die Kraft unserer (gegenseitigen) Liebe bethätigen können.

opera nostra — *Scipio*. Dafs auch er bisweilen des Rates und der Thätigkeit des Scipio bedurft habe, glaubt Lälus nicht erst versichern zu dürfen. Man vergleiche

IX 30 das bescheidene *ac ne ego quidem illius*.

Non igitur 'So ist nicht — gefolgt'. Wir haben einer des andern bedurft, und einer dem andern beigestanden; doch ist auf solche Weise nicht usw. Vgl. IX 30 a. E.

XV. 52. *delictis diffuentes*. Eine ungemein weiche Allitteration, welche durch ihre Weichheit versinnlicht, wie *vicit viribus* § 55 (vgl. *vi victa vis* p. Mil. XI 30, *fit via vi* Aen. II 494) durch eindringliche Kraft und Schärfe.

nec usu nec ratione, d. h. von welcher sie weder eine praktische noch eine theoretische Erkenntnis besitzen.

disputabunt wird im Deutschen das Präsens: VII 24 *si videbitur*.

pro deorum fidem atque hominum bei der Wahrhaftigkeit der Götter samt der der Menschen (wir kurz: 'wahrhaftig'), die auf die nachfolgende Frage nur eine Antwort geben kann.

ut = ea lege oder *ea condicione ut*, mit Negation: ohne zu.

omnium rerum abundantia vivere? Haec enim est tyrannorum vita nimirum, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita, nullus locus amicitiae. Quis enim aut eum diligit, quem metuat, aut eum, a quo se metui putet? Coluntur tamen simulatione, dumtaxat ad tempus. Quod si forte — ut fit plerumque — ceciderunt, tum intellegitur, quam fuerint inopes amicorum. Quod Tarquinius dixisse ferunt, tum exultantem se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum iam neutris gratiam referre posset. Quamquam miror, illa superbia et importunitate si quemquam amicum habere potuit. Atque ut huius, quem dixi, mores veros amicos parare non potuerunt, sic multorum opes praepotentium excludunt amicitias fideles. Non enim solum ipsa Fortuna caeca est, sed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa est. Itaque efferuntur fere fastidio et contumacia, nec quidquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atque hoc quidem

omnium rerum bleibt im Deutschen unübersetzt.

nimirum stellt den Vergleich als naheliegend hin: VII 23.

stabilis nicht zu *fiducia*: vgl. *stabilitas amicitiae* XXII 82.

omnia semper zu *in qua*.

suspecta atque sollicita: ist dem Verdacht und der Beunruhigung unterworfen, erregt Verdacht und Beunruhigung.

53. *tamen*. Sinn: Gleichwohl erfreuen sich selbst diese der äußeren Zeichen der Freundschaft, wenigstens (*dumtaxat* = *dum taxat quis*, wenn man's genau nimmt) zeitweise. Ganz ähnlich VIII 26: *qui simulatione amicitiae coluntur et observantur temporis causa*.

ad tempus eig. auf Zeit, nämlich für die Zeit und Umstände, für die die Verstellung (*simulatio*) ihre Zwecke verfolgt.

Quod si wenn sie aber —. Vgl. VII 23. Die Partikeln *autem, enim, igitur* u. dgl. sind in dem *quod* enthalten oder werden wenigstens mittels desselben ersetzt.

ceciderunt das Gegenteil von *stare* feststehn.

quod (dies soll auch) geht auf

den allgemeinen Inhalt des vorhergehenden Satzes, und erhält seine Epexege durch *tum exultantem* 'jetzt erst in der Verbannung'. Zu *tum* tritt wieder *exultantem* als Epexege: ähnlich *tum quoque inter tantas fortunas minas* Liv. II 12, 8; *iam tum illis temporibus* Nep. Thras. II 4; *τότε γ' ἐσθλόν ἀσπιδόν ἐξενεφέλας* Hom. II. XVI 573.

gratiam referre den Dank abtragen, für Gutes und Böses. Vgl. p. Sulla XVI 47: *nunc tecum sic agam, tulisse ut potius iniuriam quam retulisse gratiam videar*.

54. *illa* bei 'seiner bekannten' Hoffart und Schroffheit.

quemquam amicum wie *mortalis nemo* V 18.

praepotentium motivierende Apposition: vgl. *deos* III 12.

complexa est in die Arme geschlossen hat. Im eigentlichen Sinne und mit maliziöser Nebenbeziehung werden in Cat. II 10, 22 die Busenfreunde und Schofskinder des Katilina *de complexu eius ac sinu* genannt.

fortunato subst. Glückspilz.

fieri es kann gar nichts Unerträglicheres 'geben'.

